Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Et respondit ieremias. Hec dicit dominus. Ego iuraui in
nomine meo magno quia omnes uiri iuda qui sunt in terra
egypti. gladio et fame peribunt donec penitus
consumantur. Et insurrexit populus aduersus ieremiam
et cum lapidibus lapidauerunt eum. quem absconderat
sub muro latericio. Egyptii uero honorauerunt
prophetam. sepelientes eum iuxta tumulum regum.
memores beneficiorum que prestiterat egypto.
Oratione enim sua fugauerat aspides et bestias
aquarum quas greci cocodrillos uocant. quibus prius
egyptus infestabatur. Tradunt etiam quod adhuc de
puluere eiusdem loci aspidum percussure sanantur
et fugantur cocodrilli. De eodem epiphanius ait. au
diuimus a uiris senioribus qui ex seruorum antigo
ni et ptolomei stirpe descenderant. quod alexander
macedo ueniens ad sepulchrum prophete. et cog
noscens loci mysterium. transtulit ipsum in alexan
driam. et sepeliuit gloriose. et ex tunc de terra illa prohi
biti sunt cocodrilli. et aspides penitus. Nam et idem
alexander prius induxerat illuc serpentes
quosdam. qui uice marsorum. aspides fugabant
sed non poterant eas penitus extirpare. Quos quia
ab argis poloponensi aduexerat argones ap
pellauit. Hic est ieremias qui regibus egypti
signum dedit. quod ydola eorum oporteret corruere
cum uirgo pareret. Unde et sacerdotes eorum in se
creto templi loco ymaginem uirginis cum puero
statuentes adorabant. Dum uero rex ptolomeus
interrogaret eos qua ratione hoc facerent.
dixerunt paternę traditionis misterium esse.
quod a sancto propheta acceperant maiores et credebant
ita in rebus esse euenturum. Hic est ieremias qui
templum euertendum preenoscens. archam testamenti
cum hiis que erant in ea tulit et precibus suis
eam absorberi fecit in petra. Petram uero digito sig
nans. dei nomen impressit. et sigillum factum est
in similitudinem sculpture. que ferro cauatur.
et ipsum nomen dei nubis operimento ita celatum est
ut ex tunc quis nec locum recognoscere queat. nec
ipsum nomen legere. usque in hodiernum diem. et usque
in finem. Et pristine figure instar illic sepe
nubes fit ut ignis nocturno tempore. eo quod
gloria dei ab eius lege non desinat. Est autem petra
illa in deserto terra inter duos montes in quibus
iacent moyses et aaron. Dixitque ieremias
presentibus. Dominus ex syon recessit ad celos. inde
rursus in uirtute uenturus est. Et erit signum
presentie eius. quando uniuerse gentes adoraue
runt lignum. Dixitque quod hanc archam nemo
preter aaron producere poterit. et tabulas que in
ea sunt nullus aperiet sacerdotum nullusque prophe
tarum nisi electus dei moyses. et in prima resurrec

tione resurget archa hec et exibit de petra et po
netur in monte syna. et omnes sancti congregabuntur
ad eam. regressum domini sustinentes et aduersarium qui
eos quesiturus est interimere fugientes. De cap

Factum est post tiuitate reliquarum iude.
mortem ieremie anno v. eiusionis ieru
salem. ipse est xxiii. regni nabuchodono
sor: descendit nabuchodonosor in syriam
inferiorem et obtinuit eam. Moabitas quoque et ammo
nitas subiugauit sibi. et tandem intrauit egyp
tum eamque subiecit. et regem qui tunc in ea erat occi
dit. aliumque in ea substituens denuo iudeos
in ea captiuos duxit in babilonem. Ab hac itaque
ultima captiuitate reliquiarum iude. quidam nu
merant lxx. annos usque ad secundum annum da
rii filii ydaspis. Hanc etiam captiuitatem reliq
uarum predixerat ezechiel in
chaldea. de quo modo pro
sequentes ordinem aliquid or
diemur. Visiones ezechielis.

EZECHIEL
propheta de terra sarie fu
it filius buzi. de genere sacer
dotum. Hic in babylonem duc
tus est cum ioachim et matre
eius. et cum daniele et tribus pueris. Hic habita
bat iuxta fluuium chobar in babilone. Factum
est autem in tricesimo anno non solum etatis ipsius. sed etiam
ab xviii. anno iosie: quando inuentus est deutro
nomius in templo. in quinto anno transmigrationis
in quarto mense in quinto die mensis. exorsus est
prophetare ezechiel ad concaptiuos. propter causas
huiusmodi. Legerant in epistola ieremie per lxx. an
nos duraturam captiuitatem. et flebant pro exilii
prolongatione. preterea murmurabant aduersus
dominum de exilio. et quod fraudulenter eiecisset eos.
Dixerat enim per os ieremie remanentes in ierlm
perituros. eis uero qui se traderent seruo suo nabu
chodonosor bona pollicebatur. Hunc in contrarium
res relapsa fuerat. Florebant enim qui reman
serant. et ipsi iugo seruitutis premebantur. Erant
enim inter eos qui dicerent quia dum seruiebant
militie celi. bonis omnibus habundabant. Ex quo
uero cessauerant. perierant gladio. et fame et
peste. Ad hec prophetabat ezechiel urbis euer
sionem. et templi incendium imminere. et eos qui
remanserant in urbe fame perituros. extra
urbem gladio casuros. Eos uero qui iuuit trahe
rentur grauem passuros seruitutem. ipsos uero in pa
ce et quasi libera seruitute mansuros. Ut autem
auctoritatem preberet ei deus. postendit ei quasdam
uisiones. similitudinem scilicet hominis. leonis. et

Margin notes: Alium ... mouet alam. — uel marsorum. serpentorum. qui erant incantatores aspidum. — Habitatoribus illius loci. — uel bethagimma ton. — In columpna et nube precessit populum. exo. xiii. — In deserto loco. — Deutr. xxxiiii. — Crucis. — Christo. — Ieremie xx. — tempore antichristi. — dyabolum. — pars iudee. — Super reg. iiii. xxiiii. Et constituit nabuchodonosor. — iiii. reg. xxii. — Ierem. xxix. — Ierem. xxxviii. — Ierem. xliiii. — Ezech. i. cap.